Año XX. Mártes 20 de Febrero de 1883. Núm. 5

†

BOLETIN ECLESIASTICO

DEL

OBISPADO DE VITORIA.

Se publica tres veces al mes, en los dias 10, 20 y 30, ó cuando lo disponga el Prelado Diocesano.—Su precio DIEZ Y OCHO reales por año, que se pagarán adelantados en la Secretaría de Cámara, donde se halla establecida la Administracion.—Las reclamaciones se harán á la misma Secretaría en el preciso término de un mes.

VENERABILIBUS FRATRIBUS ET DILECTIS FILIIS ARCHIEPISCOPIS EPISCOPIS ALIISQUE LOCORUM ORDINARIIS IN REGIONE HISPANA.

LEO PP. XIII.

VENERABILES FRATRES ET DILECTI FILII

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

(Conclusion) (1)

Ad eius adiuvandam operam eas societates non parum indicamus opportunas, quae sunt tamquam auxiliariae cohortes catholico nomini provehendo. Itaque illarum probamus institutum et industriam, ac valde cupimus, ut aucto et numero et studio maiores edant quotidie fructus.—Verum cum sibi proposita sit rei catholicae tutela et amplificatio, resque catholica in Dioecesibus singulis ab Episcopo geratur, sponte consequitur eas Episcopis subesse et ipsorum auctoritati auspiciisque tribuere plurimum oportere.—Neque minus elaborandum ipsis est in coniunctione animorum retinenda: primo enim hoc est cuivis hominum coetui commune, ut omnis eorum vis et efficientia a voluntatum conspiratione proficiscatur: deinde maxime decet in huiusmodi sodalitatibus elucere caritatem mutuam, quae debet esse ad omnia rectefacta comes, disciplinaeque christianae alumnos velut

(1) Véase el Boletin núm. 3.

signum et nota distinguere. Quapropter cum sodales facile possint de re publica diversi diversa sentire, idcirco ne concordia animorum contrariis partium studiis dirimatur, meminisse oportet, quorsum spectent societates, quae a re catholica nominantur, et in consiliis capiundis ita habere animos in uno illo proposito defixos, ut nullius partis esse videantur, memores divinae Pauli Apostoli sententiae: «*Quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis. Non est Iudaeus neque Graecus, non est servus neque liber,.... omnes enim vos unum estis in Christo*» (1).—Qua ratione illud capietur commodi, ut non modo socii singuli, sed variae etiam eiusdem generis societates, quod est diligentissime providendum, amice ac benevole consentiant. Sepositis quippe, ut diximus, partium studiis, infensarum aemulationum praecipuae erunt occasiones sublatae: eritque consequens, ut ad se una omnes causa convertat, eademque maxima et nobilissima, de qua inter catholicos hoc nomine dignos nullus potest esse dissensus.

Denique magni refert sese ad hanc ipsam disciplinam accommodare, qui scriptis, praesertim quotidianis, pro religionis incolumitate dimicant.—Compertum quidem Nobis est, quid studeant, qua voluntate contendant: neque facere possumus quin de catholico nomine meritos iusta laude prosequamur. Verum suscepta ipsis caussa tam excellens est tamque praestans, ut multa requirat, in quibus labi iustitiae veritatisque patronos minime decet: neque enim debent, dum unam partem officii curant, reliquas desserere. Quod igitur societates monuimus, idem scriptores monemus, ut amotis lenitate et mansuetudine dissidiis, coniunctionem animorum cum ipsi inter se, tum in multitudine tueantur: quia multum pollet scriptorum opera in utramque partem. Concordiae vero cum nihil tam sit contrarium, quam dictorum acerbitas, suspicionum temeritas, insimulationum iniquitas, quidquid est hujismodi summa animi provisione fugere et odisse necesse est. Pro sacris Ecclesiae iuribus, pro catholicis doctrinis non litigiosa disputatio sit, sed moderata et temperans, qua potius rationum pondere, quam stilo nimis vehementi et aspero victorem certaminis scriptorem efficiat.

Istas igitur agendi normas plurimum arbitramur posse ad eas causas, quae perfectam animorum concordiam impediunt, prohibendas. Vestrum erit, Dilecti Filii Nostri, Venerabiles Fratres, mentem Nostram populo interpretari, et quantum potestis, contendere, ut ad ea, quae diximus, vitam quotidianam universi

(1) *Galat.* III, 27, 28

exigant.—Quod sane Hispanos homines ultro effecturos confidimus cum ob spectatam erga hanc Apostolicam Sedem voluntatem, tum ob speranda concordiae beneficia. Domesticorum exemplorum memoriam renovent: cogitent maiores suos, si multa fortiter multa praeclare domi forisque gesserunt, plane non dissipatis dissentiendo viribus, sed una velut mente, unoque animo gerere potuisse. Etenim fraterna caritate animati et *id ipsum invicem sentientes*, de praepotenti Maurorum dominatu, de haeresi, de schismate triumpharunt: igitur quorum accepere fidem et gloriam, eorum vestigiis insistant, imitandoque perficiant, ut illi non solum nominis, sed etiam virtutum suarum superstites reliquisse videantur.

Certerum expedire vobis, Dilecti Filii Nostri, Venerabiles Fratres, ad coniunctionem animorum similitudinemque disciplinae existimamus, qui in eadem estis provincia et inter vos et cum Archiepiscopo consilia identidem conferre, de rebus communibus una consulturos: ubi vero res postulaverit, hanc adire Sedem Apostolicam, unde fidei integritas et disciplinae virtus cum veritatis lumine proficiscitur.—Cuius rei percommodam allaturae sunt opportunitatem peregrinationes, quae passim ex Hispania suscipiuntur. Nam ad componenda dissidia dirimendasque controversias nihil est aptius, quam Eius vox, quem Christus Dominus princeps pacis vicarium constituit potestatis suae: itemque coelestium charismatum copia, quae ex Apostolorum sepulcris large dimanat.

Verumtamen quoniam *omnis sufficientia nostra ex Deo est*, Deum enixe Nobiscum una adprecamini, ut monitis Nostris virtutem efficiendi impertiat, animosque populorum promptos ad parendum efficiat.—Communibus adnuat coeptis augusta Dei parens Maria Virgo Immaculata, Hispaniarum patrona: adsit Iacobus Apostolus, adsit Theresia a Iesu, virgo legifera, magnum Hispaniarum lumen, in qua concordiae amor, patria caritas, obedientia christiana mirabiliter in exemplum eluxere.

Interim coelestium munerum auspicem et paternae benevolentiae Nostrae testem vobis omnibus, Dilecti Filii Nostri, Venebiles Fratres, cunctaeque genti Hispanorum Apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die VIII Decembris A MDCCCLXXXII. Pontificatus Nostri Anno Quinto.—LEO PP. XIII.

HABILITACION DEL CLERO DE ALAVA.—Debiendo el Habilitado, segun dispone el artículo 11 de la Instruccion, dar cuenta el dia

20 de cada mes al Administrador Diocesano, de la inversion de los fondos que ha recibido de la Tesoreria de Hacienda, y no habiendo podido realizarlo hasta la fecha por la morosidad de los perceptores, que no solo no presentan mensualmente los recibos, sino que hasta retienen en su poder los de meses atrasados por pura conveniencia, para corregir en lo sucesivo estas faltas, he acordado adoptar los medios siguientes.

El dia 2 de cada mes, mientras no se disponga otra cosa, se abrirà el pago de la mensualidad vencida, y estarà abierto solamente hasta el dia 15 inclusive; desde esta fecha se suspenderà el pago, no se admitiràn los recibos, y el importe de los que no se hayan satisfecho, se reintegrarà à la Tesoreria de Hacienda.

Los Sres. Curas que sirvan Parroquias con segunda Misa, presentaràn un recibo manuscrito en el que conste haber recibido lo correspondiente à su servicio por el mes que hayan servido, y los Mayordomos seglares firmarán los recibos de lo correspondiente al culto de aquellas Parroquias.

Lo que se anuncia en el Boletin Eclesiástico, para que llegue à conocimiento de todos, y no aleguen pretexto ni excusa alguna.

Vitoria Febrero de 1883.—*El Habilitado*, Sixto Bañales.

LIMOSNA
para el Dinero de S. Pedro.

	Reales cts.
Suma anterior. . . .	158.600-83
Durango.—Parroquia de Santa Maria. Suscriciones eventuales.—Fr. Angel Gomez de Segura.. .	16
Amorevieta.—Suscricion permanente y donativos.	182
Mañaria.—Suscricion permanente.	197-20
Id. De varios fieles.	29-20
Berriz.—Suscricion permanente.	27
Id. D. Cárlos Maria Solache, Pbro. . . .	20
Id. D. Vicente Inunciaga, Pbro.	20
Alzola de Aya.—El Sr. Cura.	10
Arciprestazgo de Campezo.—Suscricion permanente	184
Alegria de Guipúzcoa.—Suscricion permanente de 1.º de Julio de 1882 à 31 de Diciembre. . .	164
Ea.—Santa Maria de Jesús.—Cura y fieles. . .	68
Munguia.—Párroco y fieles.	434

Munguía.—Una persona piadosa.	320
Id. D.ª Agustina Larrauri.	20
Fuenterrabía.—El Sr. Párroco.	200
Id. los fieles.	400
Morillas.—El Sr. Cura, 20 rs.--Los feligreses, 10.	30
Un Sacerdote Alavés.	24
Vitoria.—De la testamentaría de D.ª Juana Otalora.	6.000
Orendain.—Cura y fieles.	403
Vitoria.—Parroquia de San Miguel.—Suscricion y limosnas recogidas en el 2.º semestre de 1882.	583
Berástegui.—Clero y fieles.	2.000
Ascarza.—D. Tomás Luzuriaga, Párroco. . . .	20
Id. D.ª María Otazu.	10
TOTAL.	169.962-23

SUSCRICION

PARA LA OBRA DE ENSANCHE DEL SEMINARIO CONCILIAR DE LA DIOCESIS DE VITORIA.

	Reales cts.
SUMA ANTERIOR. . . .	536.082-77
Zaldua.—D. Francisco Celedonio Mendiola, Pbro. 20 rs.--D. José Cruz Astarloa, Pbro. 80.--Don Agustin Zabala, 8.--D. Francisco Acha, 4.--Doña Josefa Loizate, 4.--D.ª Saturnina Mendiola, 4.--D. Agustin Marquina, 2.--D. Valerio Garitaonandia, 4.--D. Domingo Echevarria, 2.-Don Domingo Somingarte, 2.--D. Jacinto Sabarte, 2.--D. Ignacio Zabala, 2.--D. Agustin Maurtua, 1.--D. Pedro Solozabal, 1.--D. Pedro Antonio Lasuen, 1.--D. Victoriano Maurtua, 1.--D. Tomás Uribe Ganecoa, 1.--D.ª Agustina Bisichinaga, 1.--D. Pedro Garitaonandia, 2.--Varios feligreses, 5.	147
Andoain.—El Sr. Cura.	20
Oyarzun.—El Clero.	400
Id. Los fieles.	300
Zarauz.—Una persona devota.	10
Placencia.	202
Arechavaleta de Guipúzcoa.—Cura y feligreses. .	82

Villarreal de Guipúzcoa.—El Sr. Cura. . . .	60
Villodas.—D. Antonino Estarrona.	8
Bilbao.—A. E.	18
Larrimbe.—El Sr. Cura.	20
TOTAL.	537.349-77

SUSCRICION
para socorrer á Cuba y Filipinas

	Reales cts.
SUMA ANTERIOR. . . .	1.637-20
Villabona Amasa.—Continúa la lista:—D. Juan Bautista Leunda, 4 rs.--D.ª Josefa Arin, 4.-Don Vicente Otero, 4.--D.ª Ramona Machain, 2.--D. Martin Sorrondiegui, 1.--D.ª Rosa Sarasola, 4.--D.ª María Ignacia Soroa, 8.--D.ª Josefa Antonia Arrese, 5.--D. Saturnino Urdalleta, 10.--D. Juan Bautista Arin, 8.--D. Fermin Zarauz, 4.--D. Gerónimo Barrenechea, 4.-- Don Francisco Urbistondo, 4.--D. Francisco Insausti, 4.--D.ª María Cruz Zabala, 10.-- D. Juan Bautista Otegui, 4.--D.ª Micaela Arregui, 4.--D. Pascual Amenalar, 2.--D.ª Josefa Ignacia N., 1.-D.ª Juana María Lasa, 3.--D. Juan Miguel Arregui, 6.--D. Sabas Oscorta, 8.	104
Apellaniz.—D. Simon Alzola, Cura ecónomo, 8 rs.-D.ª Francisca Arrilueca, 3.--D.ª Isabel Ochoa, 2.--D. Justo Lanas, 2.--D. Silvestre Gomez, 4.--D. Santos Perez, 4.--D. Manuel Armentia, 4.--D. Antonio Martinez, 4.--D. Sixto Saenz, 8.--D. Gregorio Ocariz, 8.--D.ª María Gomez, 2.--D. Isidro Lacalle, 2.--D. Márcos Ruiz, 2.--Don Estéban Ajuria, 2.--D. Juan Gomez, 2.--Doña María de los Angeles Saenz, 2.--D. José Alzola, 4.--D. Celestino Suso, 2.--D. Leandro Garrido, 2.--D. Jacinto López, 4.--D. Nicolás López, 4.--D. Nicanor Ajuria, 1.--D. Pedro Ajuria, 2.-- D. Tomás Ortiz, 1.--D. Marcelino Alzola, 2.--La villa de Apellaniz, 20. . . .	101
Ondárroa.—Clero y fieles.	180

Galdames.—D.ª Martina Martinez. 16
Id. D. Ventura del Cerro. 8
Id. D. Teodoro de Arrieta. 10
Ea.—El Sr. Cura de San Juan Bautista. . . . 100
Orio.—El Sr. Cura y feligreses. 100
Elvillar de Alava.—El Sr. Cura, Coadjutor y fieles. 41-20
Andoain.—(Colectado en). 12
Sendadiano.—D. Emilio Chillida, 2 rs.--Una familia, 3. 5
Zarauz.—El Sr. Cura ecónomo. 20
Id. Varios fieles. 32
Aguinaga de Usurbil.—Cura y fieles. 40
Villafranca de Guipúzcoa.—D.ª Josefa Lasa, 20 rs.-D. José Miguel Lasa, 8. 28
Vidania.—Clero y fieles. 141
Pasages de San Juan.—Clero y fieles. 28
Lezo.—El Sr. Cura. 20
Matauco.—El Sr. Cura y varios fieles. 20
Durango.—Parroquia de Sta. Ana.—Una persona. 100
Id. Otra. 8
Id. Otra. 4
Id. Parroquia de Sta. María.—D. Domingo Larragan, Cura ecónomo. 20
Id. D. Federico Goicolea. 20
Id. Fr. Julian Bernaola. 12
Id. D. Lúcas Payola. 10
Id. D. Francisco F. 8
Id. D.ª Josefa Laseja. 4
Id. Sres. de la Conferencia de S. Vicente de Paul. 100
Zaldua.-D. Francisco Celedonio Mendiola, Párroco, 20 rs.--D. José Cruza Astarloa, Coadjutor, 20.--D.ª Francisca Berasaluce, 1.--D.ª Francisca Urizar Barrena, 1.--D.ª Magdalena Garitaonandia, 1.--D.ª Juana Garitaonandia, 1.--D. Francisco Uribarri, 1.--D. Pedro Antonio Solosabal, 1.--D.ª Josefa Loizate, 2.--D.ª María Lasuen, 1.--D. Francisco Acha, 1.--D. José Ignacio Asnillategui, 1.--Colectado en la Parroquia, 21. 72
Mañaria.—D. Paulino José Barrueta, Cura, 10 rs.--D. Bernabé Crispulo Barrueta, Coadjutor, 10.--D. Vicente Arzubia Cearra, 2·60.--D. Domingo

Arana, 2.--D. Juan Cruz Vizcorra Ascondo, 2.-- D. Benito Artamendi, 1-8.	27-68
TOTAL.	3.029-08

SECCION DE ANUNCIOS.

Librería de Robles

POSTAS, 5.—VITORIA.

Se ha recibido y se vende entre las diferentes obras religiosas el compendio del Año Cristiano, edicion económica, en 12 tomos, por Croiset, à 2 rs. tomo ó sea 24 rs. la obra.

Devocionario manual por los PP. de la Compañia de Jesús, à real y real y medio cada uno encuadernados.

Los siete domingos de San José à real y medio cada uno, en rústica.

Visitas al Santísimo à 5 rs. encuadernados en piel relieve.

Kempis.—«Imitacion de Cristo,» à 6 rs. id.

Coleccion de Sermones de diferentes autores.

Desde 1.º de Enero próximo empezó à publicarse el *Arsenal de Predicadores*, del Dr. D. Joaquin Carrion, Canónigo de Calahorra, autor de la excelente Revista, titulada *La ciencia Eclesiástica*. Contendrá aquel sermones completos, nuevos, originales y fáciles de predicar.

Los Sres. suscritores à *La Ciencia Eclesiástica* lo recibirán por la mitad de su precio ó sea 14 reales; los demàs pagarán por solo el *Arsenal de Predicadores* 28 reales, lo mismo que por la Revista solamente tomada.

Y para ofrecer màs ventajas à los Sres. Sacerdotes, el autor les promete, si le es posible, darles todas las mayores facilidades de hacer el pago de la suscricion por medio de estipendios de 4 y 5 rs. segun convenga.

VITORIA: 1883.—IMP. DE C. GUINEA, PRADO, 8.